

TER TII REG.

humano confilio: putabatur stabiliri regnum Israelis & dominus Davidis in Ierusalem propter templum Dei ibidem, & tamen inde occasio accepta est idolatria. Habuitque rex consilium, & fecit duos vitulos aureos, similes aureo vitulo quem olim fecerat Aharon quem coluerant Israelites in deserto. & dixit ad eos, nolite ultra. Hebraice habetur. multū vobis ascende in Ierusalem. Tāquam parcens labori itineris dicit rex populo, multum vobis ascendere in Ierusalem, & propinquiores subiungens deos ait. ecce Elohe tui Israel qui ie eduxerūt de terra Aegypti. Eisdem vtitur verbis quibus sī fuerant patres eorum in deserto de vitulo aureo vt patet exod. 32. Posuitq; vnum in Beth'el: & alterum posuit in Dan, pro communitate populi ad exonerandum eos à conuentu in vnum atque eundem locum, sicut hactenus fuerant obligati ad eundem in Ierusalem. Et factū est verbum hoc in peccatum. Legendum est. Et fuit res ipsa in peccatū. Duo mala simul in hac re fuisse manifestat scriptura. alterum malum culpæ dicendo, & fuit res hæc in peccatum tam magnum & tam extensum vt infinitis in subsequentibus commemoretur, ibai enim populus ad adorandum vitulum vsque in Dan. Parui refert quod Hebraice habetur. & inuenit populus ante vnum vsque Dan. Alterum malum pœna manifestatur: videlicet longa via ad vnum vitulum, colendum, videlicet vsque Dan. Et scribitur hoc ad manifestandum cæcitatem populi.

Fecitque domum excelsorum: & fecit sacerdotes de extremis populi. Parui refert quod Hebraice habetur. de angulis populi. Viri non clari describuntur ex angulis: tanquam viri clati nō in angulis, sed in publico versentur: obscuri autem in angulis. Viles itaque viri significantur instituti sacerdotes, qui non erant de filiis Leui. Ad cumulū declinationis à lege Mosis, hoc etiam subiunctū est. Fecitque Iacobham solenniter in mense octavo. Ut nulla ex parte seruaret legem, instituit festum in octavo mense, cominodo populis ad conueniendum: vt pote collectis fructibus terræ omnibus. quintadecima die mensis in similitudinem solennitatis qua erat in iehuda, & obtulit super altare. Similitudo significatur ad festum solenne tabernaculorum, quod quintadecima die mensis septimi celebrabatur secundum legem Mosis, similiter fecit. Hebraice habetur. sic fecit in Beth'el, immolando vitulus quos fecerat, narratur enim executioni mandatum ab ipso me rege in Beth'el sicut dectes uerat.

CAPVT XIII.

248

uerat. constituitque in Beth'el sacerdotes excelsorum quæ fecerat. Et obtulit super altare quod fecerat in Beth'el quintadecima die mensis octauo quem finxerat de corde suo. Repetendū est. in mense qui exiit de corde eius. Ad differentiam mensis septimi, qui decretus est auctoritate diuina & non humana adiumentio- ne. & fecit solennitatem filiis Israel, & obtulit super altare adole- do incensum. Ipse rex summi sacerdotis officiu assumpsit, ado- lendo thymiam super altare.

CAPVT XIII.

ET ecce vir Dei. Nomen est Elohim: quod ne oportea sepe repetere, intellige in toto hoc capitulo quoties repetitur hic vir Dei, missus enim ad de- nuncianda diuina iudicia fuit. venit de Iehuda in sermone domini in Beth'el: Iacobham stante iuxta altare & thuri- ficiente. Et clamauit contra altare in sermone domini & ait: altare altare sic dixit dominus, ecce filius nascitur domini Davidis Iosé iahū nomine. Vide quanto tempore ante prænunciavit futurum: nam longe post natus est Iosias rex qui hæc adimpleuit. & immolabit super te sacerdotes excelsorum qui thurificāt super te, & ossa hominum super te incendet. Alludens ad altare dixit sacri- cabit ironice: hoc est in detestationem sacrificii vestri sacer- dotes ipsos super altare concremabit. quod enim dicitur de sacerdotibus istis, intelligitur de eis non viuis, sed defunctis quantum ad corpora eorum: illa enim Iosias cōcremauit su- per altare illud. Deditque in die illa signum dicendo: hoc est signum quod locutus est dominus, ecce altare scindetur & effundetur cinis qui est super ipsum. Quia longe post futura annunciat, ne videretur cōminari dat signū præsens, vt credatur futurū. Et in hoc apparet magna Dei benignitas ad monendum & regem & populum vt resipserent.

Cumq; audisset rex sermonem viri Dei quem inclamauerat contra altare in Beth'el, extendit Iacobham manum suam de altari dis- cendo, apprehendit eum: & exaruit manus eius quem extenderat contra eum, & nō potuit retrahere eam ad se. Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de altari: iuxta signum quod dederat vir Dei in sermone domini. Et respondit rex & dixit ad virum Dei, depre- cate quæso faciem domini Dei tui & ora pro me ut reuertatur ma- nus mea ad me: orauitque vir Dei faciem domini, & reuersa est ma- nus regis ad eum, & fuit sicut prius. Locutus est autem rex ad virum

TERTII REG.

virum Dei: veni mecum domum & prande, & dabo tibi munera. Dixi que vir Dei ad regem; si dederis mihi dimidium domus tue, non veniam tecum, nec comedam panem nec bibam aquam in loco isto. Sic enim praeceptum est mihi in sermone domini dicendo: non comedes panem neque bibes aquam, nec reuenteris per viam qua ieris. Et abiit per aliam viam: & non est reuersus per viam qua venerat in Beth'el.

Prophetarum autem quidam senex habitabat in Beth'el. De isto scribitur in lib. quarto quod venerat de Samaria ad differentiam antedicti prophetarum qui venerat de Iuda. Appellatur autem iste propheta quia professionem faciebat prophetandi: malus autem apparuit ex operibus suis. venerantque filii eius, & narrauerunt ei omnia opera quae fecerat vir Dei illa die in Beth'el & verba qua locutus fuerat al regem & reuertant patri suo. Et locutus est ad eos pater eorum, per quam viam abiit: & ostendevant filii eius viam per quam abiit vir Dei qui venerat de Iehuda. Et ait filii suis sternite mihi asinum: straueratque ei asinum, & equitanit super eum. Abiitque post virum Dei, & inuenit eam sedentem sub terebintho. Hebraice habetur sub querco, quiccebat enim, utpote lassus. & ait ei, tu es vir Dei qui venisti de Iehuda: & dixit, sum. Dixi que ad eum: veni mecum domum & comedere panem. Qui ait: non possum reuerti tecum nec venire tecum, nec comedam panem nec bibam aquam tecum in loco isto. Quia locutus est dominus ad me. Iuxta Hebraeum habetur. Quia verbum mihi in sermone domini, nec toties repetitur Dei nomen, non comedes panem & non bibes ibi aquam, nec reuenteris per viam qua ieris. Et dixit ei, etiam ego sum propheta sicut tu: & angelus locutus est ad me in sermone domini dicendo, reduc eum tecum in domum tuam & comedat panem & bibas aquam: mentitus est ei. Ecce manifestum de industria mendacium istius prophetarum ex Samaria. Redieratque eum: & comedit panem in domo eius & bibit aquam.

Cunque sederebat ad mensam, factus est sermo domini ad prophetam qui redixerat eum. Ecce donum prophetarum datum malo prophetarum. Et clamauit ad virum Dei qui venerat de Iehuda dicens, sic dixit dominus, pro eo quod inobediens fuisti ori domini & non custodisti mandatum quod praecepis tibi dominus deus tuus, non meus, quia ipse colebat vitulos aureos. Sed reuersus es & comedisti panem & bibisti aquam in loco de quo locutus est ad te, non comedas panem neque bibas aquam. Facitis fuit ad credendum ignoto prophetarum quod reuocasset Deus praeceptum. Nec excusabilis

CAPVT XIII.

249

excusabilis erat: quia dimisit certum & adhaesit in certo: diuinum siquidem praeceptum ei factum erat certum, reuocatio autem dicta per prophetam Samariam erat incerta viro Dei, non inferetur cadaver tuum in sepulchrum patrum tuorum. Leuis pena monstrat veniale fuisse peccatum istius sancti viri: non enim ex intentione, sed deceptus peccauit peccato inobedientie.

Cumque comedisset panem & bibisset, stravit ei asinum, prophete quem reduxerat. Abiuitque, & inuenit eum leo in via & occidit eum. Maiori pena punitus est quam fuerit reuelata prophetae Samariae: nam sola priuatio paterni sepulchri praedicta fuerat, & praeter eam punitus est occisione a leone. & erat cadaver eius proiectum in via, & asinus iuxta illud, & leo stans iuxta cadaver. Ad testificandum publice tum diuinam punitionem inobedientiae, tum diuinum fuisse sermonem dictum ab isto occiso, effecit deus duo: & quod leo occidit eum, & quod custos tam occisi quam asini esset leo, vt & ex pena inobedientis & ex custodia leonina pataret omnibus quod vere Deus miserit illum, verisque fuerit sermo eius, nisi enim vere fuisse diuinus sermo, non fuisse punitus ipse transgressor illius sermonis, ipse enim met dixerat inter alia fuisse libi mandatum a Deo ne comederet & biberet ibi. Et ne ascriberetur occidio illius causis secundis, sed diuino iudicio, adiunctum est miraculum leoninæ custodiae tum cadaveris ut sepeliretur, tum asini ut portaret cadaver ad sepulchrum: ut omni ex parte patret fuisse illum verè missum a Deo. nam & sic adimpta quoque est prophetia reuelata prophetarum ex Samaria.

Et ecce transentes viderunt cadaver proiectum in via, & leonem stantem iuxta cadaver: venerantque & locuti sunt in ciuitate in qua prophetasenex manebat. Audiuimusque prophetam qui reduxerat eum de via & ait: vir Dei est qui inobediens fuit ori domini, & tradidit eum dominus leoni & confregit eum & occidit eum, iuxta verbum domini quod locutus est ei. Hæc ultima verba (iuxta verbum domini &c.) non referuntur ad occisionem, sed ad inobedientiam. neutri enim reuelata fuerat huiusmodi occidio: sed viro Dei reuelatum fuerat, vt non comederet neque biberet ibi & secundum hunc sermonem diuinum inobediens inuentus est: quia non paruit ei. Locutusque est ad filios suos discendo, sternite mihi asinum, & strauerit. Et abiit, & inuenit cadaver eius proiectum in via, & asinum & leonem stantes iuxta cadaver: non come-

Ii dit

TERTII REG.

dit leo cadauer, neque confregit asinum. Taliusque propheta cadauer vii Dei. Intelligens mysterium, non timuit leonem: & opus humanitatis exhibuit viro Dei tollendo cadauer eius. & posuit illud super asinum & resulit illud: veniique ad ciuitatem prophetam senex ad plangendum & sepeliendum cum. Et posuit cadauer eius in sepulchro suo. Ecce adimplerta prophetia priuationis proprii sepulchri. & planxerunt super eum, heu frater mi. Cumque sepelisset eum, dixit ad filios suos: cu mortuus fuero sepelire me in sepulchro in quo vir Dei sepultus est, & iuxta ossa eius ponite ossa mea. Hinc apparet quod propheta iste ex Samaria, cultor erat vitulorum aureorum. nam propterea cavit ne ossa sua comburerentur a Iosia cum aliis comburēdis ab eodem iuxta verbum vii Dei: hæc enim ratio subiungitur cogitauit enim quod & evenit: videlicet quod Iosias intactum relictus esset sepulchrum vii Dei. Profecto enim veniet sermo quem exclamauit in sermone Domini contra altare quod est in Beth' el. & contra omnes domos excelsorum que sunt in ciuitatibus Someron. Videns adimploram reuelationem sibi factam de sepulchro vii Dei, & diuinum miraculum adhibitum poenæ vii Dei, creditur verum Dei prophetam fuisse illum occisum, & ventura esse quæ prædictum.

Post verbum hoc non est reversus Ierobham à via sua mala. Obstinatio Ierobham describitur, quod visus tot miraculis in testimonium diuini nuncii non respexit: sed è contrario. Legendum est, & reversus est à Beth' el. fecit de nouissimis populi. Hebraice habetur. & fecit de angulis populi sacerdotes excelsorum. Præter sacerdotes institutos in aris vitulorum aureorum, narratur instituti sacerdotes excelsorum. deletabatur enim populus sacrificare in locis excelsis & amoenis vbi erat arbores. Et hoc ad eumulum peccati Ierobham dicitur: cōmoditatè enim per hoc dedit populo sacrificandi vbique in locis delectabilibus, qui volebat, implebat manum suam, & erat sacerdos excelsorum. Per adimplectionem manus consecratio sacerdotis significatur ad instar sacerdotum legalium, qui fiebant vñctione manus. ipsa enim vñctio impletio manus dicitur. Et intellige sacerdotes excelsorum sacrificare in honorem eorumdem vitulorum, quemadmodum Israelitæ consueverant in excelsis immolare Deo. Et propter hanc causam peccauit dominus Ierobham. iuxta Hebraum habetur. Et fuit sicut res ipsa in peccatum dominus Ierobham. Res ita demonstrat gesta Ierobham

CAPVT XIII.

250

Ierobham circa hanc idolatriam vniuersa: fuerūt enim imputata in peccatum domui eius secundum manifestam pœnam in hoc mundo, de qua subiungitur. & eversa est & deleta, iuxta Hebraum habetur. & ad destruendum & ad destruendum ē superficie terre. Verū adverte quod Hebraico more maius præponitur minori nā peius significat primum destruere quam secundum, si hebraicæ dictiones penientur: pœna enim hæc subsecuta inferius scribitur.

CAPVT XIII.

N tempore illo agrotauit Abi'ia filius Ierobham. Dixique Ierobham ad uxore suam, surge quæso & muta habitum & non cognoscatur quod sis uxor Ierobham: & vade in Silo, ecce ibi est Ach'ia propheta quis locutus est vobis quod regnaturus essem super populu hunc. Tollesque in manu tua decem panes & crustulas. Aliunt panes quidem, sed quadam speciali forma factum tanquam pictum significari per crustulam. & lagenam mellis & vade ad eum: ipse indicabit tibi quid futurum sit puer. Et fecit sic uxor Ierobham, & surrexit & iuit in Silo, & venit in domum Ach'iae: at Ach'ia non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ sineclitate eius.

Dixit autem dominus ad Ach'iam: ecce uxor Ierobham venit ut consulat te super filio suo qui agrotat, hec & hæc loqueris ei: & cum intrabit se esse aliam simulabit. Cumque audisset Ach'ia sonitum pedum eius introeundi in portam, dixit: ingredere uxor Ierobham, cur aliam te esse simulas? & ego missus sum ad te durus nuncius. Vade dic ad Ierobham: sic dixit dominus Deus Israel, pro quod exaltavi te de medio populi & dedi te ducem super populum meum Israel. Et scidi regnum de domo David, & dedi illud tibi: & non fuisti sicut seruus meus David, qui custodivit mandata mea & qui ambulauit post me in toro corde suo, ad faciendum tantum quod rectum erat in oculis meis. Sed operatus es male præ omnibus qui fuerunt ante te: & iniisti & fecisti tibi deos alienos & conflatiles ad irritandum me. Verè peius fecit Ierobham quam quicunque alius non solum rex, sed etiam cuiuscunq; conditionis in Israel. ingratisimus enim Deo, coegit regnum ad idolatriam perpetuā quod ante ipsum nullus fecerat. Et quod amplius est, me autem proieciisti post tergum tuum. Minus postea peccauerunt Samaritani, qui colentes deos colebant quoque summum Deum. Minus quoque peccauerat Salomon: qui nō reliquit cultū veri Dei quāuis sacrificauerit alii

li ji n̄c

TERTII REG.

nec coegerit populum ad recessum à cultu veri Dei : sed tu reliquisti cultum meum & coliisti deos alios. Idcirco ego adducam mala super domum Ierobham, & excidam de Ierobham minorem ad parietem. hoc est nemine excepto. & clausum & nouissimum in Israhel. Hebraice habetur. & retentum & derelictum in Israhel. Punienda prædictur non solum domus Ierobham, sed vniuersitas Israëlis, ab associatis vñque ad derelictos. dictio enim interpretata retentum non significat retentos vi, sed frequenti cœtu functos. explicantur enim omnes Israëliteæ puniendo nominando hæc duo genera: videlicet tuëtum se cœtu & derelictoru. & mundabo reliquias domus. Hebraice habetur, post domum Ierobham, sed interpres pro post posuit reliquias. sicut mandari solet firmus usque ad purum. Litera ista duplice legitur: quia dictio interpretata sensu an ceps est ad sterlus vel ad dentem. si enim in sensu vulgata editionis legitur, sententia plana significatur succidendo esse posteros domus Ierobham usque in finem (hoc est penitus) quæadum succiditur sterlus. Si vero legitur. & succidâ post domum Ierobham sensu destruet dens usq; ad finire suum. sententia hæc relata ad consumptionem Israëlis, cōsona inuenitur: vt post domum Ierobham punitam, Israhel significetur succidendum paulatim, quemadmodum destruitur cibus dentibus molitus usquequo finiatur. huiusmodi enim pœna regni Israhel evèetus comprobauit: vt testantur subiuncta in hoc libro & quarto. Mortuum de Ierobham in ciuitate, comedent canes, & mortuum in agro, comedent aves cœli; quia dominus locutus est. Tu autem surge, vade in domum tuam; in introitum pedum tuorum in ciuitatem, morietur puer. Et planget cum tota Israhel & sepeliet eum: iste enim solus inferetur de Ierobham in sepulchrum. Intellige solus non inclusus ipso Ierobham: propterea enim dicitur de Ierobham, quia inuentus est super eos sermo bonus à domino Deo Israhel. Legendum est. eo quod inuenta est in eis res bona ad Iehovah Elohe Israhel in domo Ierobham. Quid autem fecerit iste boni, non est authenticæ traditum scriptura. Cōstitut autem sibi dominus regnum super Israhel. Prophetatur rex Bahasa de quo in sequenti erit capitulo sermo, qui percutiet domum Ierobham in hac die & in hoc tempore. Hebraice habetur, hæc die, & quid etiam nunc? Non ad ipsam percusionem, sed ad percutiendos refertur hoc tempus. & est sensus quod Bahasa futurus rex, excidet domum Ierobham non quo ad successuros longe post, sed hodie,

immo

CAPVT XLI

immo sed nunc viuentes. prædictit enim infra tam breue tempus excidendam esse domum Ierobham ab illo rege ut etiā illi qui sunt viui nunc ex domo Ierobham, excidendi sint.

Et percutiet dominus Israhel sicut moueri solet arundo in aqua. Redit ad pœnam Israëlis describendam duplificem. alteram quo ad reges quod percutietur Israhel hac plaga ut agitetur varia promotione regum quemadmodum agitatur arundo: hoc est multitudo arundinum in aquis nascentium, quæ sunt fragiliores alii arundinibus. Et hæc pœna experientia comprobata est. ita quod in regno Iudæ stabilis erat successio regum ex domo Davidis: in regno autem Israëlis varia valde fuit usurpatio regni, modò ab isto, modò ab illo. & cœuelles Israële de terra bona hac quam dedit patribus eorū. Altera pœna expulsione Israëlis de terra promissionis prædictur. & disperget eos trans flumen. Euphrates significatur, eo quod fecerunt lucos suos, pro cultu idolorum, irritantes dominum. Et tradet Israëlem propter peccata Ierobham, qui peccauit & qui peccare fecit Israhel. Libra quam graue fuerit peccatum Ierobham, quod propter illud effusum in populo, eiusdem est vniuersus populus Israhel de terra sua.

Surrexit itaque uxoris Ierobham, & abiit & venit Thitzani: ipsaq; ingrediente limen domus puer mortuus est. Nō caret quæstione tempus mortis: istius iuuenis: eo quod propheta dixerat matrem eum moriturum veniente pede eius ad ciuitatem, modo autem narratur obitus ingrediente illa limen domus: tardior enim videtur obitus quam prædictus fuerat. Solutio est quod pro eodem tempore supputatur tempus totum ab ingressu mulieris in ciuitatem usque ad ingressum in domum propriam, tanquam quoddam præsens confusum: & eo magis quod rex (vt patet credere) in platea portæ ciuitatis (ut pote nobiliore loco) habitabat. Et sepelierunt ac planxerunt cum totus Israhel: iuxta sermonem domini quem locutus fuerat in manu serui sui Achis' iahu prophete.

Reliquum autem verborum Ierobham, quomodo pugnauit & quomodo regnauit: ecce scripta sunt in libro verborum dierum: hoc est in annalibus regum Israhel. Et simile intellige cum similis scribitur sententia de libro verborum dierum regum Iudæ, ne oporteat idem sœpe repetere. Dies autem quibus regnauit Ierobham, virginiduo anni sunt: dormivit ep̄ cū patribus suis, & regnauit Nadab filius eius pro eo;

iiij Porro

TERTII REG.

Porro Rechabham filius Selomonis regnauit in Iehuda: filius quadraginta & vnius annorum erat Rechabham cum regnauit, & decem & septem annis regnauit in Ierusalaim ciuitate quam elegit dominus ut poneret nomen suum sibi ex omnibus tribus Israe: & nomen matris eius Nahama Hammonithis. Non saltat author libri, sed propositum exequitur: videlicet scribere alternatum succedentes reges in regnis duobus, Iude: & Israe: Et fecit Iehuda malum in oculis domini, post triennium, ut paralipomenon supplet. & irritauerunt eum super omnibus. Legendum est. plus omnibus que fecerunt patres eorum in peccatu suis quibus peccauerunt. Et istud plus manifestatur per subiuncta. Aedificaueruntque etiam ipsi sibi excelsa & statua & lucos: super omnem collam excelsum, & subter omnem arborem frondosam, ut hinc pateat manifesta idolatria. Et etiam effaminati fuerunt in terra: fecerunt secundum omnes abominationes gentium quas cecidit dominus a facie filiorum Israel. Quemadmodum meretrix a scriptura appellatur parata, ita puer meritorum appellatur paratus. Vide in quantam prouperunt cætitatem, ut pueros meritos publicè haberent in terra sancta, imitantes abominationes ethnicorum.

In quinto autem anno regis Rechabham, ascendit Sisac rex Aegypti contra Ierusalaim. Non caret ratione quod Iarobham rex Israel prouocauerit Sisac ad quem configuerat olim, ut inuaderet regnum Iude: Deus autem visus est illo ad puniendū populum suum. Et tulit thesauros domus domini & thesauros domus regis, & omnia tulit: tulitque omnia scuta aurea que fecerat Seleno. mitigante Deo pœnam: ut scribitur in 2. paralipo. ca. 12. Et fecit rex Rechabham pro eis scuta area: & tradidit ea in manu principum cuiorum, custodientium portam domus regie. Cumque ingredieretur rex domum domini. Hinc apparet quod Roboham rex Iude non deseruit cultum summi Dei. portabant ea cursores, & reportabant ea ad cameram curorum.

Reliquum autem verborum Rechabham & omnia que fecit: nūne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Iehuda: Fuitque bellum inter Rechabham & Iarobham omnibus diebus. Dormiuitque Rechabham cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate David: & nomen matris eius Nahama Hammonithis, & regnauit Abi'iam filius eius pro eo.

C A P.

CAPUT XV.

252

B anno decimo etiæ regni Iarobham filii Nebat, regnauit Abi'iam super Iehudam. Tribus annis regnauit in Ierusalaim; & nomen matris eius Mahacha filia Abesalom. Quod ideo annotauerim, ne legas Absalom, sed Abisalom. Ambulanque in omnibus peccatis patris sui quæ fecerat ante eum: nec fuit cor eius perfectum cum domino Deo suo, sicut cor David patris eius. Sed propter David dedit dominus Deus eius ei lucernam in Ierusalaim, ut suscitaret filium eius post eum, & vi stare faceret Ierusalaim. Aperte dicitur quod non propter paterna merita regnauit iste, sed propter merita Davidis. Eo quod secisset David restum in oculis domini: & non declinasset ab omnibus que præceperat ei omnibus diebus vita sua; exceptio sermonis Vræ Ethæi. Reclusus legeretur, præter re Vræ Ethæi Chitthei. Sed quæstio surgit de veritate huius sententiae: nam quicquid sit de aliis peccatis Davidis que scriptura non aperte manifestat fuisse peccata, perspicuum est narratum illius peccatum numerando populum: propter quod tam saeva pestis occidit septuaginta millia virorum triduo: ut superius in calce secundi libri scriptum est. quomodo igitur verificatur Davidem omnibus diebus vita sua seruasse omnia diuina præcepta nisi in re Vræ Ethæi, quæ commisisti & adulterium & homicidium? Solutio est quod scriptura hoc in loco loquitur de peccatis enormibus. Ita quod non est sensus Davidem in sola re Vræ Ethæi peccasse, sed in sola ipsa peccasse enormiter. alia enim Davidis peccata, quanvis grauia, non tamen enormia fuerunt. Nam peccatum numerationis populi tam grauiter punitur, fuit peccatum vanitatis & ignorantiae. vanitatis quidem quo ad affectum: ignorantiae autem quo ad non seruatam legem discernentem debere solvi medium scilicet a quolibet numerato. Bellumque fuit inter Abi'iam & Iarobham omnibus diebus vita eius. Reliquum autem verborum Abi'iam & omnia que fecit, nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Iehuda? fuitque prælium inter Abi'iam & inter Iarobham. Hoc prælium diffale scribitur secundi Paralipomenon decimotertio, ubi confidentia istius Abi'ae in summo Deo narratur causa præclaræ victoriae. Et dormiuit Abi'iam cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate David: regnauitque Asa filius eius pro eo.

ii iiij Anno ij

Annoque vigesimo Ieroboham regis Israel regnauit Asa super Ichudam. Occurrit quæstio: quia in principio huius capituli scriptum est quod anno decimoctauo regni Ieroboham regnauit in Ierusalem Abias, & quod tribus annis regnauit: quomodo igitur verificatur quod filius eius regnauit in anno vigesimo regni Ieroboham? Solutio est quod ipse annus decimus octauus supputatur primus annus regni Abiae: & sic triennium eius durauit usque ad calcem anni vigesimi regni Ieroboham, ita tamen quod in calce eiusdem vigesimi anni incepit regnare filius eius. non enim oportet tres illos annos intelligere perfecte completos. Et simili modo recolito concordare annos succedentium regum ubi similis dissonantia occurret, ne sit opus similia semper repetere. Et quod draginta & uno annis regnauit in Ierusalim: ex nomen matris eius Mahacha filia Abisalom. Aduerte quod altera est haec Mahacha à superiori scripta: illa enim fuit mater Abiae, ista uxoris eius. Et quoniam filii fuerunt eiusdem patris & eiusdem nominis, apparent una pater enim & filius acceperunt duas sorores eiusdem nominis. Fecitque Asa rectum in oculis domini, sicut David pater eius. Et traxisse fecit effeminatos de terra. Meritorij significantur pueri. & amouit omnes fordes idolorum quae fecerant patres eius. Et etiam Mahacham matrem suam amouit ne esset princeps in sacra priapi & in luce eius quem consecraverat. Hebraicè habetur. quae fecit horrendum in queru. Verum honesto vocabulo scriptura narrat turpe idolum quod vulgata editio explicat. Amouit itaque Asa matrem suam à principatu huiusmodi cultus, vel etiam à principatu absolute in peccatum huius peccati. subvertitque specum eius & confregit simulachrum turpisimum. Hebraicè habetur. & incidit Asa horrendum eius, & cõbusit in torrente Cidron. Lucum seu queremus cum horronda forma turpitudinis, succidisse & combusisse (vt penitus extingueretur huiusmodi nequitia) narratur. Excelsa autem non abstulit. Hebraicè habetur. Et excelsa non amouerunt. Et est semper de excelsis in quibus sacrificabatur Deo vero. Et significanter dicitur non amouerunt, vt intelligamus populum suis se in causa quare non fuerint ablata excelsa, rex enim permittendum hoc populo censuit: ne delectatio immolandi in excelsis, abduceret eos à cultu Dei ad idolatriam. verum tandem cor Asa fuit perfectum cum Domino omnibus diebus eius, quantum ad cultum solius summi Dei. quanvis minorem fiduci

ciam

ciam in fine vita sue monstrauerit se habere in Deo quam habere debuisse: & aliter etiam peccauerit, vt Paralipomenon manifestat. Et intulit ea que sanctificauit pater eius & uerat in domum domini. Hebraicè habetur. Et intulit sanctificationes patris sui & sanctificationes domus domini: argenteum & aurum & vasa. Duo genera dicatorum Deo auri argenti & varorum naturarum illata videlicet dicata ab Abia patre eius, & ea quæ erant ipsius templi.

BEllum autem fuit inter Asam & Bahasam regem Israel omnibus diebus eorum. Ascenditque Bahasa rex Israel in Iudam. Legendum est. Et ascendit Bahasa rex Israel super Ichudam. Nec dicitur quod rex Israel venerit in territorium Iudeæ, sed supra illud hoc est ad locum quasi portam territori Iudeæ: ut subiuncta insinuat. & edificauit Ramam. Dictionem Hebraicam reliquerunt: cum latine potuerint dicere. excelsa ad non dandum egredientem & ingredientem Asa regi Ichude. narratur enim quod edificauit edificia excelsa iuxta introitum regni Iudeæ ut nec ingressus nec egressus tutus esset. Tulus itaque Asa totum argenteum & aurum quae remanserant in thesauris domus domini, & in thesauris domus regis, & dedit ea in manu seruorum suorum. Haec est minor fiducia regis Asae in vero Deo: de qua reprehensus à propheta postea narrabitur. misitq; ad Benhadab. corrupta est litera: legendum est. ad Benhadab filium Tabrimmon filij Chezion regem Syrie qui habitabat in Damasco discendo. Nec sonat Ben'hadad nomen proprium, sed filium Hadad. Et forte est nomen proprium, sicut Bartholomeus quod sonat filium Ptholomæi certi est quod nos vnam Ben'hadad pronomine proprio. Fædus est inter me & te, inter patrem meum & patrem tuum: ecce misi tibi munus argentum & aurum, vade irrita fædus quod habes cum Bahasa rege Israel & recedat à me. Minus dicitur & plus significatur: videlicet ut bellum moueat contra regem Israel ad hoc ut recedat à excepta edificatione. Acquiescet Ben'hadad regi Asae: & misit principes exercitus sui in ciuitates Israel, & percusit Hi'ion & Dan & Abel'beth Maha-cham, & totam Chinnereth cum tota terra Naphthali. Quod cum audisset Bahasa, intermisit edificare Ramam: & reuersus est Thirzam. Rex autem Asa misit nuncium per totum Ichudam, nemo fit excusatus, ab opere hoc tollendi omnia de edificiis excelsis inceptis à rege Israel: ut celeriter rā destruatio quam vetio fieret tunc cum pro se habebat regem Syriæ contra regem Israel

TERTII REG.

Israël. & tulerunt lapides Rama & ligna eius quibus adfiscerat
Bahasa, & extruxit ex eis rex Asa Ghebah Bin'iamin & Miz'pam.

Reliqua autem omnium verborum Asæ & tota fortitudo eius &
omnia que fecit & ciuitates quas extinxit: nonne ipsa scripta sunt
in libro verborum dierum regum Iehudæ? ut tamen tempore se-
necutiū sua doluit pedes. Diffusè hoc scribitur in Paralipomeno.
Dormiuitque Asa cum paribus suis, & sepultus est cum eis in
ciuitate David patris sui: & regnauit Iehosaphat filius eius pro eo.

Nadab vero filius Iarobham regnauit super Israël anno secun-
do Asæ regis Iehudæ: & regnauit super Israël duobus annis:
Et fecit malum in conspectu domini: ambulauitque in via patrii
sui, & in peccato eius quo peccare fecit Israelem. Insidiatuſ est autem
in Hebreo habetur. Et colligatur. hoc est coniurationem
fecit multorum. contra eum Bahasa filius Achi'ie de domo Iſa-
char. Ecce translatio regni Israël de tribu Ephraim in tribu
Iſachar. & percussit eum Bahasa in Gibbethon quæ est Pelis̄thi-
norum: Nadab enim & totus Israël obsidebat Gibbethon. In ca-
stris militaribus occisus Nadab rex à Bahasa narratur: ad
insinuandum quod Bahasa capita exercitus secum habebat,
& facile ibidem usurpare sibi regnum poterat. Interfecitque eum
Bahasa in anno tertio Asæ regis Iehudæ: & regnauit pro eo. Cim-
que regnaret percussit totam domum Iarobham, nō dimisit aliquam
animam de Iarobham donec deleret eum: iuxta verbum domini quod
locutus fuerat in manus servi sui Achi'ie Silonite. Propter peccata
Iarobham, qui peccauit & qui peccare fecit Israelem, in irritatione
eius qua irritauit dominum Deum Israël. Ecce impleta prophe-
tia Ahia de deletione domus Ierobohā scripta in præceden-
ti capitulo. Reliqua autem verborum Nadab & omnia quæ fecit:
nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israël.

Fuitque bellū inter Asam & Bahasam regem Israël omnibus die-
bus eorum. Anno tertio Asæ regis Iehudæ. regnauit Bahasa filius
Achi'ie super totum Israël in Thirza vigintiquatuor annis. Nota
hanc literam iunctam præcedenti, videlicet quod duntaxat
anno secundo & tertio regni Asæ regnauit Nadab & succe-
sor eius Bahasa in calce quoque eiusdem tertii anni Asæ in-
cepit regnare: quoniam hinc clare habetur quod Bahasa re-
gnum non transiuit vigesimum septimum annum regni Asæ
regis Iudæ. & hoc propter questionem emersuram in prin-
cipio 16. cap. 2. Paralipomenon. Et fecit malum in oculi
domini

CAPVT XVI.

254

domini: ambulauitque in via Iarobham, & in peccato eius quo pec-
care fecit Israelem.

CAPVT. XVI.



Actus est autem sermo domini ad Iehu filium Chanani, contra Bahasam dicendo. Pro eo quod exal-
tavi te de puluere, & posui te ducem super popu-
lum meum Israël: & ambulasti in via Iarobham
& peccate fecisti populum meum Israël irritando
me in peccatis eorum. Ecce ego demetam posterio-
ra Bahasa & posteriora domus eius. Parui refert quod Hebrai-
cē habetur. Ecce ego destruens posteros Bahase & posteros domus
eius: & dabo domum tuam sicut domum Iarobham filii Nebat. Mors
tuum Bahase in ciuitate comedent canes: & mortuū ei in agro, co-
medit volucres celī. Similis pena prædicta erat ab Ahia propheta. Reliqua autem
verborū Bahase & quæ fecit & fortitudo eius: nonne ipsa scripta
sunt in libro verborum dierū regum Israël? Dormiuitque Bahasa cum
paribus suis, & sepultus est in Thirza: & regnauit Ela filius eius
pro eo. Cū autem in manu Iehu filii Hanani propheta verbum dominū
factū esset cōtra Bahasam & cōtra domum eius, luxta hebræum
habetur. Et etiā in manu Iehu filii Chanani propheta verbum Ieho-
nah fuit ad Bahasam & ad domum eius & super omne malū quod
fecit in oculi domini irritando cum in opere manuum suarū, ut esset
sicut domus Iarobham. Narratur quod etiā loquente Iehu propheta ad Bahasam regem & domum eius, & prædicente diu-
nam vltionē, præseuerauit iniurias Bahase & domus eius.
hunc enim sensum monstrat cōtextus dicendo & etiam &c.
ob hāc causā occidit eum. Luxta Hebræum habetur. & pro quo
percussit eum. Pronomen cū demonstrat Ieroboham cū domo
eius. narratur enim quod Iehu propheta manifestauit regi
Bahase pro qua causa percussit Deus domum Ieroboham, ut
vel ab exemplo disceret resipiscere. Quod autem in vulga-
ta editione subditur. hoc est Iehu filium Hanani prophetam. non
habetur in hebraica veritate.

Anno vigesimo sexto Asæ regis Iehudæ, regnauit Ela filius Ba-
hasa super Israël in Thirza duobus annis. Aduerte pru-
dens lector hanc suppitationem annorum regni Asæ relati-
ve ad Elam filium Bahase, propter questionem relictam in
calce præcedentis capituli. Et rebellauit. Hebraicē habe-
tur. Et colligant contra eum seruus eius Zimri, conspiratio
siquidem

TERTII REG.

siquidem significatur, dux mediae partis equitum. Parui refert q̄ hebraicē habetur, currū. erat enim princeps medietatis curruum: & cum suis coniurauit aduersus Elam regem. et aq̄ue in Thirza bibens & temulentus in domo Arze prefec̄t̄ Thirza. Hebraice habetur, qui super domum in Thirza. Narratur locus in quo rex non solum ebrius, sed etiam bibens occisus est infra annum vigesimum septimum in regni Azæ. Venitque Zimri & percussit eum & occidit eum, in anno vigesimo septimo Azæ regi Iehudæ: & regnauit pro eo. Cumq; regnaret & federet super solium eius, percussit totam domum Bahā'ē, non dimisit ei mingentem ad parietem: & propinquos eius & amicos eius. Deleuitque Zimri totam domum Bahā'ē, iuxta verbum domini quod locutus fuerat ad Bahā'ē in manu Iehu propheta. Propter omnia peccata Bahā'ē & peccata Elæ filii eius: qui peccauerunt & qui peccare fecerunt Israelem, irritando dominum Deum Israēl in vanitatibus suis. Statim deus per hunc regem septem dierum percussit omnē domum regis Bahā'ē iuxta prophetam Iehu. Reliqua autē verborum Elæ & omnia que fecit: nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israēl?

Anno vigesimo septimo Azæ regis Iehudæ, regnauit Zimri septem diebus in Thirza: porro populus obsidebat Gibbethon ciuitatem Pelishinorum. Audiuitq; populus consiprasse Zimri & etiā cedisse regem: & regem fecit totus Israēl Homri principem exercitus super Israēl in die illa in castris. Ascendit ergo Homri & ruit Israēl cum eo de Gibbethon: & obsederunt Thirzam. Videns autem Zimri quod expugnanda esset ciuitas. Hebraice habetur, quod capta fuit ciuitas, tunc enim desperauit, venit ad palatium, deficit, domum regis, quam occupauerat. & combusset super se domum regis igni et mortuus est. Vere exercebat deus iudicia sua in hostes, comburendo etiam regiam domum. Propter peccata sua quibus peccauit, faciendo malum in oculis domini: ambulando in via Iarobham, et in peccato eius quo fecit peccare Israēl. Reliqua autem verborum Zimri & insidiarum eius & tyranidis. Luxta Hebraūm habetur. & cōsideratio eius qua coniurauit: nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israēl? Modus seruatur in illa coniuratione aduersus regem Elam, narratur scriptus in annalibus regum Israēl.

Tunc diuisus est populus Israēl in duas partes: dimidium populi erat post Thibni filium Ghinath ut constitueret eum regem. & dimidium post Homri. Praevaluit autem populus qui erat post Homri populo

CAPVT XVI.

253

populo qui erat post Thibni filium Ghinath: mortuusq; est Thibni, & regnauit Homri. Anno trigesimoprimo Azæ regis Iehudæ, regnauit Homri super Israēl duodecim annis. Circa quadriennium ergo durauit diuisio Israēlis. nā vigesimo septimo anno regni Azæ occisus est Ela & combusset te Zimri: creatusq; fuit ab exercitu Homri in regem, sed non receptus nisi à media parte Israēlis, reliqua media parte adiutente vt regnaret Thibni. in Thirza regnauit sex annis. reliquis autem sex in Samaria, transiit enim sedem regiam ex Thirza in Samariam, quam ipse edificauit in monte empto à Semer. Emitq; montem Someron à Semer duobus talentis argenti, & edificauit monstem, & vocauit nomen ciuitatis quam edificauit nomine Semer domini mons Someron. Fecit autem Homri malum in oculis domini: & operatus est nequiter super omnes quæ fuerunt ante eum. Quid plus mali fecerit Homri, non inuenio scriptum authenticum. certum tamen est quod grauius peccatum eius fuit, pro quanto viderat tot vltiones diuinæ in prædecessores & prædictas à prophetis & adimplatas. Ambulauitq; in omni via Iarobham filii Nebat, & in peccato eius quo peccare fecit Israēl irritando dominū deū Israēl in vanitatibus suis. Reliqua autem verborum Homri & omnia que fecit & fortitudo eius quā fecit: nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israēl? Dorminuitque Homri cum patribus suis, & sepultus est in Someron: & regnauit Ach'ab filius eius pro eo.

Ach'ab vero filius Homri regnauit super Israēl anno trigesimo-octavo Azæ regis Iehudæ. Hinc clare appetat quod duodecim anni regni Homri supputantur ab anno vigesimo septimo Azæ quo regnauit super mediā partem regni Israēl, & nō ab anno trigesimoprimo quo regnauit super totū regnū Israēl. supputato enim ipso vigesimo septimo secundū partē & trigesimo octavo secundū partem inueniē regnasse annis duodecim. regnauitque Ach'ab filius Homri super Israēl in Someron vigintiduomanno. Et fecit Ach'ab filius Homri malū in oculis domini super omnes qui fuerunt ante eum. Nec sufficit ei luxta heb. Habeī. Et fuit leue ambulare eius in peccatis Iarobha filii Nebat. Vide augmentum criminis: pro leui duxit Achab idolatriam Ierobohā in vitulis aureis &c. & deos accumulauit, tulique vxorem Izebel filiam Ethhabah regis Sidoniorum, & abiit et seruit Bahāl, et adorauit eum. Quia occasione uxoris seruit Bahāl, ideo scriptura cum tanta detestatione narrat nuptias eius cum Izebel filia regis Sidoniorum. Et exiret aram Bahāl: in

TERTII REG.

siquidem significatur, dux mediae partis equitum. Pater refert q̄ hebraicē habetur. currū. erat enim princeps medietatis curruum: & cum suis coniurauit aduersus Elam regem. erātque in Thirza bibens & temulentus in domo Arza prefetti Thirza. Hebraice habetur. qui super domum in Thirza. Narratur locus in quo rex non solum ebrius, sed etiam bibens occisus est infra annum vigesimumseptimum regni Azae. Venitque Zimri & percussit eum & occidit cum, in anno vigesimo septimo Aza regū Ichude: & regnauit pro eo. Cum p̄ regnaret & sedaret super solium eius, percussit totam domum Bahāe, non dimisit ei mingentem ad paritem: & propinquos eius & amicos eius. Deleuitque Zimri totam domum Bahāe: iuxta verbum domini quod locutus fuerat ad Bahāe in manu Iehu prophete. Propter omnia peccata Bahāe & peccata Elae filii eius: quis peccauerunt & qui peccare fecerunt Israelem, irritando dominum Deum Israel in vanitatibus suis. Statim deus per hunc regem septem dierum percussit omnē domum regis Bahāe iuxta prophetiam Iehu. Reliqua autē verborum Elae & omnia quæ fecit: nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel?

Anno vigesimo septimo Aza regis Ichude, regnauit Zimri septem diebus in Thirza: porro populus obſedebat Gibbethon ciuitatem Pelishinorum. Audiuitq; populus conspirasse Zimri & etiā occidiſſe regem: & regem fecit totus Israel Homri principem exercitus super Israel in die illa in caſtris. Ascendit ergo Homri & totus Israel cum eo de Gibbethon: & obſederunt Thirzam. Vident autem Zimri quod expugnanda eſſet ciuitas. Hebraice habetur. quod capta fuit ciuitas. tunc enim desperauit. venit ad palatium. deficit domum regis. quam occupauerat. & combuſſit super se domum regis igni et mortuus est. Vere exercebat deus iudicia sua in hos reges. comburendo etiam regiam domum. Propter peccata sua quibus peccauit, faciendo malum in oculis domini: ambulando in via Iarobham, et in peccato eius quo fecit peccare Israelem. Reliqua autem verborum Zimri & insidiarum eius & tyrannidis. Iuxta Hebreum habetur. & cōiuratio eius qua coniurauit: nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Modus feratus in illa coniuratione aduersus regem Elam, narratur scriptus in annalibus regum Israel.

Tunc diuisus est populus Israel in duas partes: dimidium populi erat post Thibni filium Ghinath ut constitueret eum regem. & dimidium post Homri. Prevaluit autem populus qui erat post Homri

populo

CAPVT XVI.

255

populo qui erat post Thibni filium Ghinath: mortuusq; est Thibni, & regnauit Homri. Anno trigesimoprimo Aza regis Ichude, regnauit Homri super Israel duodecim annis. Circa quadriennium ergo durauit diuīſio Israelis. nā vigesimo septimo anno regni Aza occisus est Ela & combuſſit se Zimri: creatusq; fuit ab exercitu Homri in regem, sed non receptus nisi à media parte Israelis, reliqua media parte admittente ut regnaret Thibni, in Thirza regnauit sex annis. reliquis autem sex in Samaria. translulit enim sedem regiam ex Thirza in Samariam, quam ipse edificauit in monte empto à Semer. Emitq; montem Someron à Semer duobus talentis argenti, & edificauit montem, & vocauit nomen ciuitatis quam edificauit nomine Semer domini mons Someron. Fecit autem Homri malum in oculis domini: & operatus est nequiter super omnes qđ fuerunt ante eum. Quid plus mali fecerit Homri, non inuenio scriptum authentice. certum tamen est quod grauius peccatum eius fuit, pro quanto viderat tot vltiones diuinæ in prædecessores & prædictas à prophetis & adimpletas. Ambulauitq; in omni via Iarobham filii Nebat, & in peccato eius quo peccare fecit Israelem irritando dominū deū Israel in vanitatibus suis. Reliqua autem verborum Homri & omnia quæ fecit & fortitudo eius quā fecit: nonne ipsa scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Dormiuitque Homri cum patribus suis, & sepultus est in Someron: & regnauit Ach'ab filius eius pro eo.

Ach'ab vero filius Homri regnauit super Israel anno trigesimo octavo Aza regis Ichude. Hinc clare apparet quod duodecim anni regni Homri supputantur ab anno vigesimo septimo Aza quo regnauit super mediā partem regni Israel, & nō ab anno trigesimoprimo quo regnauit super totū regnū Israel. supputato enim ipso vigesimo septimo secundū partē & trigesimo octavo secundū partem inueniēt regnasse annis duodecim. regnauitque Ach'ab filius Homri super Israel in Someron vigintiduobuannū. Et fecit Ach'ab filius Homri malū in oculis domini super omnes qui fuerunt ante eum. Nec sufficit ei luxta heb. Habet. Et fuit leue ambulare eius in peccato Iarobha filii Nebat. Vide augmentum criminis: pro leui duxit Achab idolatriam Ierobohā in vitulis aureis &c. & deos accumulauit, tulique vxorem Izel filiam Ethbabal regis Sidoniorum, & abiit et seruit Bahāl, et adorauit eum. Quia occasione vxoris seruit Bahāl, ideo scripture cum tantā detestatione narrat nuptias eius cum Izebel filia regis Sidoniorum. Et erexit aram Babāli: in

TERTII REG.

li: in domo Bahal quam edificauit in Someros. Vide quāta com- moditate colendi Bahal traxit populum ad cultum eius ædi- ficando illius templum & aram in ciuitate Samaria. Fecitque Ach'ab lucum: & addidit Ach'ab facere irritando dominum deum Israel super omnes reges Israel qui fuerunt ante eum. Grauius pec- catum Ach'ab quam Ierobohā dicitur, eo quod Ieroboham regnandi gratia idolatriam induxit: Ach'ab vero nō regnā- di gratia cultum Bahal intulit, & hoc in ciuitate regia &c.

In diebus eius edificauit Chiel de Beth'el, Legendum est. de Beth'eli Iericho. Nomen proprium loci est Beth'eli. in Abiram primogenito suo fundauit eam, et in Segub nouissimo suo posuit por- tas eius. hoc est in morte primogeniti sui fundauit ciuitatem & in morte ultimi compleuit eam. iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu Iehosue filii Nun. Scriptum est enim hoc ut cognoscatur impletam fuisse prophetiam à Iosua olim fa- ciam & scriptam Iosuæ. 6. diuina enim ultio narratur ex- cuta in reparatore Iericho.

CAPVT XVII.

*T dixit Eli'iah Thisbites de habitatoribus Ghilhad ad Ach'ab. Ratio dicendi tacetur: & propterea ne- scitur qua occasione motus fuerit Elias ad dicen- dum subiuncta verba ad Ach'ab regem. Certum tamen est ꝑ propter peccata ipsius Ach'ab & populi, subiuncta pœnam & impetraverit à Deo & annunciarerit regi. Nec est à ratione alienum, quod audita morte filiorum Hielis reparatoris Ieri- cho iuxta prophetiam Iosuæ, Elias magnificauerit diuinum verbum dictum per Iosuā: & aliqui aduersantes dixerint ca- su eueniisse mortem illorum filiorū & non ex prophetata puni- tione. & ad cōfirmationem casus dixerint quod prophetæ Mosis aduersus populū Israel recedentē à deo non adimplēt: quoniam inter alias pœnas Moses scripsit celos fore æuos, hoc est absq; pluvia: & tamen nunquā fuerat adimpta hac cōmina- io, quanvis populus Israel tam enormiter recessisset à deo, & huius disputationis occasione cōmotus Elias dixe- rit regi subiuncta verba. *vinis dominus deus Israel.* Iuxta Heb- habetur. *vinis Iehouah Elohe Israel.* Modus iurādi est, ad af- firmandum verum esse quod dicitur teste vita summi dei iu- dicis Israel. *in cuius conspectu sto.* Hebraice habetur. *in cuius fa- cie steti.* Modus significatur quo & obtinuit & nouit subiuncta. testatur canonica epistola Iacobi in calce, ꝑ Elias orādo ob- tinuit*

CAPVT XVII.

256

tinuit ut nō plueret. & inde apparet quod Eliā stetisse in fa- cie dei, est Eliam orasse deum. Et vtēdo verbo præteriti tem- poris steti, manifestat se prius contulisse ad diuinā faciē (non corporali gressu, sed eleuatione mentis) & firmiter perseue- rasse feruendo amore diuinę iustitię ad puniendū idolatras & ad verificandum prophetiam Mosis. si eris anni his. Nō ex- plicatur numerus annorum: sed in dicta epistola explicantur anni tres & menses sex. ros & pluvia. ut vere cœli quasi ærei comprobentur, à quibus nec etiam ros stillet. nisi iuxta ver- bum oru mei. Ut non relinquatur inficiationi locus, manifestat quod non erit ros aut pluvia nisi ipso dicente. per hoc enim excludebatur attribuere cessationē pluviæ & rotis causis se- cundis. cōincidi enim poterant ex eo quod verbo Eliæ pare- bant ecclī tam retinendo quam dando pluviā.

Et factū est verū domini ad eum dicendū. Recede hinc, & verte te ad orientem: & abscendere in torrente Cherith qui est superfaciem Iarden. Sciebat deus quod siccitas hæc succedēs verteretur in caput Eliæ, qui dixerat regi se stetisse in facie dei ad hoc vt nō plueret multis annis: & ppter ea deus mādauit Eliæ vt inde recederet, & occultaret eū ab Ach'ab rege. Et erit, de torrente Cherith corusq; præcepī ut pascant te ibi. Dicit præcepī, hoc est ad instar præcipiēt ordinari. corui enim nō sunt capaces præ- cepti: sed ordinavit deus per angelicū ministeriū mouendos coruos ad portandū cibum Eliæ. Abiitq; & fecit iuxta verbum dominij abīt & sedet in torrente Cherith, qui est superfaciē lar- den. Et corui defercant ei panem & carnem mane, & panē & car- nem vesperi. alter panem, alter carnem. proculdubio costā hu- mano enim more pastus est. Vide benignitatem diuinā, tum bis in die pascendo Eliam, tum dādo ei etiam carnes: ut hinc intelligamus alienum non esse à sanctis viris bis in die refici, & carnis vesci tam in prandio quam in cœna. Sed nota ta- men moderamen: modicum enim fuit quod corui rostro ve- dum est. & de torrente bibebat. Post dies autem aliquot siccatus est torrente: non enim pluerat super terram.

Factusq; est sermo domini ad eum dicendō. Surge vade in Sar- phath Zidoniorū, & manebis ibi. Notauit Dominus in euāgeliō mysteriū, ꝑ ad alienigenā viduā missus est Elias posthabitus omnibus viduis filiorū Israel. ecce præcepī ibi. hoc est disposui angelorū ministerio efficiēdū. Et intellige deū quidē per an- gelos præcepisse, nō tamē præceptū puenisse tūc ad mulierē. mulierē

mulieri vidua ut pascat te. Nec dicit nomen eius. Surrexitque & abiit in Sarphath & venit ad portam ciuitatis, & ecce ibi mulier vidua colligens ligna. Ex habitu notificata est Eliæ mulieris viduitas, an autem statim cognovet ipsam esse de qua factus fuerat ad eum sermo diuinus, incertum est. Paupercula autem narratur ex actione: videlicet collectione lignorum. & vocauit eam & dixit, tolle queso mihi paululum aqua in vase & bibam. Tentando an ipsa esset, petiit aquam. Et abiit ut tolleret. Ex prompto officio mulieris cognovit ipsam esse. Si enim mulier difficulter se exhibuisset, agnouisset non esse ipsam: & sic tentatio successit ad votum. Et clamauit post tergum eius, Iuxta Hebraeum habetur. & vocauit eam, credens ipsam esse paratam sibi altricem. & ait, tolle queso mihi buccellam panis in manu tua. Qua respondit: viuit dominus deus tuus. Ex hoc quod mulier haec iuvat per vitam summi dei, dei Eliæ qui erat & agnoscebat Israelite, manifestatur quod mulier ista, quanuis sidonia, colebat summum deum. & hinc certior redditus est Elias quod ipsa esset, quod non habeo panem nisi quantum pugillus capere potest farine in hydria, & paululum olei in lecytho. Hebraica dictio interpretata panem, extenditur etiam ad pastam: sola enim vola farinæ erat apud eam. et ecce colligo duo ligna ut ingrediar & faciam illud mihi & filio meo, ut comedamus & moriamur. quantum est ex parte panis apud me. Et hinc patet tantam tunc fuisse caritatem annonæ ut nec spes habédi panem remanserit in hac muliere. Ad quam Eli' iahu ait. noua illustratione diuina, noli timere. Parui refert quod hebraicè habetur. non timebis, defectum panis, sed vade & fac si- cū dixisti, pro te & filio tuo, veruntamen fac mihi primum inde subcinericum panem parum & affer mihi, tibi autem & filio tuo facies postea. Sic enim dixit dominus deus Israel. Vere benignus dominus; mira dispensatione mittens Eliam ut pascatur à muliere carente pane, ut sic mediante Eliæ pascatur sanctam mulierem simul cum ipso Eliia. Hydria farine non consumetur & Lecythus olei non deficiet usque ad diem in qua dominus daturus est pluviam super faciem terre. Hinc apparet tū causa penuriae, videlicet cessatio pluviæ: tum extensa pluviæ cessatio extra regnum Israel in externa loca, tum tempus magnum elapsum istius siccitatis antequam Elias veniret ad hanc viduam: alioquin non desperasset mulier de pane, nec Elias dixisset usque in diem qua pluet. Qua abiit, & fecit in-

xta verbum Eli' iahu. Fides mulieris commendatur. & comedit ipse & illa & domus eius. Ex illa die hydria farina non est consumpta, & Lecythus olei non defecit: iuxta verbum domini quod locutus fuerat in manu Eli' iahu.

Et fuit post verba haec, & agrotauit filius mulieris matru familiæ. Modicū temporis intercessisse, tum relatio ad verba haec tum subiuncta in calce huius capituli verba insinuant, suitq; agriundo eius fortis valde, donec non remaneret in eo halitus. Relictus legeretur anima, ut subiuncta testantur. dictio enim hebraica utriusque significationis capax est. Dixitq; ad Eli' iahu: quid mihi & tibi vir dei? Nomen est Elohim. Relatine ad adventum Elias ad hospitandum in domo mulieris viduae, dicitur quid tibi & mihi communæ que communio mei ad te traxit te ad hospitandum meum? Verba sunt dolentis, procedentia ex hoc quod Elias Israelite, mulier autem Sidonia, nūquam se viderant, nulla inter eos necessitudo vñquam fuerat. ingressus es ad me ut rememoraretur iniquitates meæ & ut interficeret filium meum: Interrogative quoq; legenda est tota ista clausula. & est sensus nū venisti ad me ut rememorarentur iniquitates meæ ad pœnam, ut non impunis manerem, sed punires me morte filii mei: hoc est num venisti tanquā minister Elohim summi iudicis ad non finendū me impunē in præsentia tua, sed puniendum morte filii mei. Ex dolore simul & sanctitate mulieris procedunt haec verba: nā & agnoscit peccata sua & illis attribuit mortē filii, & suspicatur diuinā præsentia in Elias impatientē impunitatis sua. Et dixit ad eā, da mihi filium tuū: tu sit q; eum de sinu eius. Hinc insinuantur actas puerilis. & portauit eum ad canaculū in quo manebat, & posuit eum super lectum suū. Et clamauit ad dominum & dixit: domine deus meus an etiā viduā cum qua ego habito afflixisti, interfisi in domo filii eius? Et expandit se atq; mēsus est super puerū. Iuxta heb. dūcas at habeat. Et mensus est si, super puerū tribus vicibus. Tā modus orādi quā numerus orationis narratur, modus quidē quod prostratus super puerū oravit: numerus autem quod tribus vicib⁹ sic oravit. Quēadmodū enim consuevimus super rem benedicendā aut sanandā manus extendere, ita Elias vniuersum corpus extēdit super puerū resuscitādum: & ut hoc sensibili signo patet fieret quā arduum erat miraculū pro quo orabat, nō genuflexus, sed prostratus tribus vicibus repetuit orationem in litera scriptam. clamauitq; ad dominum & dixit: domine deus meus recueratur ob-